



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Adelinvs Consessor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

& ad sanctæ Religionis amissim compositam, testantur nobis relicta monumenta quæ his verbis scripsit Cantipratanus se B. Aegydiū vidisse affirmans. Vidi & alium eiusdem Ordinis optimum virum in Gandauo Aegydiū nomine, qui Canonicus apud sanctum Audomarum in Flandria sæculum dereliquit, & Prædicatorum Ordinem intras tantum deditus lachrymis, tantū spirituali letitia & animarum zelo effervuisse probatur, ut verè sanctus crederetur, & esset, & hoc exitus eius monstrauit, nā cùm frater suus carnis sepeliretur in clauстро fratrum, marmore superpositum male iacens deberet corrigi. Sinite, inquit, fratres finite diu non iacebit immotum, manifeste prædicens se cum fratre defuncto sub eodem marmore sub proximo deponendum; quod & factū est, sed & fratre quodam narrante mihi, qui ante ipsum resedit die proximâ moriturum, didici quod querenti sibi quomodo de se sentiret: Respondit dicens, bene frater carissime, bene me sentio, quia tribus diebus tantum in purgatorio hinc exiens expurgabor, & statim postea per Dei misericordiam, ad gloriam euolabo. Pretiosam illam venerabilis Aegydiij mortem, quæ vita præcesserit, quæ corona ac gloria excepere, suspicari quisque potest, nos singula admiramus, & Deo totius gratiæ fonti gratias referimus. Ita Hyacinthus Choquetius in vitis, eius memoriam Kal. Augusti Miræus in fastis recolit.

## ADELINVS

*Confessor.*

**F**uit sancti Landelini in pia ad Urbem peregrinatio- 17. Iun.  
ne & verbi De. prædicatione focius cum quo & que-  
icit Crispinij, inter montes Hannonie & Valentianas De-

C 2 Lan-



Landelino autem qui fuit quatuor Monasteriorum vi-  
delicet Laubiensis, Alnensis, Crispiniensis & Waslerensis  
fundator. Plura vide apud Miræum in fastis ad diem 15.  
Iunij Molanum in Natalibus, & Surium Tomo tertio ad  
eandem diem.

## A I B E R T V S

*Reclusus.*

2. Maij. **I**S in territorij Tornacensis pago, quem Espeen vocant,  
originem duxit, & adhuc puer varia de se futuræ sancti-  
tatis iudicia præbuit, clam noctibus ad preces surgens,  
terram exosculans frequenter Ecclesiarū limina terens,  
ieiunia sibi indicens parum tamen degustans, ut interro-  
gatus verè diceret se comedisse. Iuuenis audiens cantio-  
nem de conuersione S. Theobaldi, neque carne, neque  
fanguine, neque in eis pannis vti deinceps statuit, sed  
charitatis foodere vngitur, magnæ sanctitatis & abstinen-  
tiæ Ioanni Crispiniensi Monacho, qui permisso Raineri  
sui Abbatis defertum incölebat locum, vbi vterque adeo  
ieiuniis, vigiliis, precibus, & frigore macerabantur ut hu-  
manam speciē propemodum non referrent. Rainerus au-  
tem Abbas ob monasterij libertatem Apostolorum lumi-  
na visitans, hos Comites assumpsit. Qui Romam vene-  
runt nudis pedibus vestiti cilicio, parum pecuniæ haben-  
tes, ipsâ inopiâ locupletes. Cumq; Urbanus Beneuenti es-  
set, vterque Raineri redditum, eo quod viribus deficerent  
in Vallis Vmbrosæ Monasterio, vbi canon S. Benedicti  
strictè obseruabatur præstolati sunt. Reuersus autem Ai-  
bertus ad suam eremum non multo post per visionē mo-  
nitus, factus est Monachus Crispiniensis, deinde Præpo-  
sus & Cellarius. Tandem autem a Lamberto Abbatे opta-  
tam in